



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

57. De Viro Qvodam Nobili Nicomediensi, qui tabulas decreti Cæsarum  
Diocletiani & Maximiani, contra Christianos publicè affixas, in conspectu  
populi detraxit, & minutatim discerpsit, atq; ob id ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)



56. DE SVBITA MORTE AV-  
relij Imperatoris, cùm decreto, quod  
in Christianos dictauerat, subscri-  
pturus esset. Cap. 26.

*Aurelius quondam saeuus decreta tyrannus  
Christicolas contra dictat iniqua greges.*

*His vbi decretis voluit subscribere Caesar,*

*Dextera disturbat, quod parat ille, Dei.*

*Nam subita saeuus punitur morte Tyrannus,*

*Saua qui tentat tollere morte pios.*

*Iniusto statuit Dominus sic ipse furori*

*Fines, Christicolis ne nocuisse queat.*

*Efai. 37. Sennacherib Dominus retrahit sic nare minacem,*

*Qua venit redeat territus ille via.*

» *Non patimur quoties saui voluere tyranni,*

» *Corripimur clemens cùm volet ipse Deus.*

57. DE VIRO QVODAM NOBI-  
li Nicomediensi, qui tabulas decreti Cæ-  
sarum Diocletiani & Maximiani, contra  
Christianos publicè affixas, in conspectu  
populi detraxit, & minutatim discerpfit,  
atq; ob id suppliciorum omni genere  
excruciatu in magna fidei constan-  
tia, hilariq; animo & vultu ex-  
pirauit, lib 8. cap. 5.

*Vir pietate fuit Nicomediensis in vrbe  
Clarus, & antiqua nobilitatis honos.*

*Aufus*



Ausus hic est facinus fidei committere rarum,  
 Non metuens mortem suppliciumq<sub>3</sub> graue.  
 Affixit tabulas decreti sanguine tinctas,  
 Christicolas contra Cæsar in vrbe ferox.  
 Aspicit has animi fidens ad vrrung<sub>3</sub> paratus,  
 Viuere, vel sanctam sustinuisse necem.  
 Detrahit accensus zelo, fideiq<sub>3</sub> calore,  
 Decreti tabulas, vir pietate valens.  
 Projicit in terram, pedibus manibusq<sub>3</sub> reuellens,  
 Vulnera non metuens dira subire necis.  
 Cæsaris hoc clarum facinus citò fertur ad aures,  
 Vt facile ad tales hæ patuèrt sonos.  
 Namq<sub>3</sub> fuit populo coram spectante peracta,  
 Non igitur potuit res latuisse diu.  
 Qui capiant, Cæsar lictores mittit in urbem,  
 Tantum ausum facinus pro pietate, virum.  
 Adducunt captum, coram statuuntq<sub>3</sub> tyranno  
 Crudeli, miseris excruciantq<sub>3</sub> modis.  
 Sed fidei tantum est robur, flagra inter & ignes,  
 Tormenti vt latus perferat omne genus.  
 Robur vbi tantum fidei vidère ministri,  
 Occupat horrendus pectora seuatremor.

58. EVSEBIUS DE MARTYRI-  
 bus Nicomediensibus sub Diocletia-  
 no, quorum alij obtruncati sunt  
 gladio, alij conflagrati.

Cap. 6.

E 4